

Vacandi modus beneficio

Primus modus vacandi est. Si quis possidet beneficiū curatum. et postea contingit ipsum assequi aliud curatū apostolica uel alia quacumq; auctoritate scilicet ordinaria ul' iure patronatus primū beneficiū curatū quod ante habuit uacat. nisi obtenta dispensatiōe apostolica. et expectantes uigore grē tale bñficiū acceptare nō possunt. sed est sedit apostolice specialiter reseruatū.

Secūdus modus est si q̄ habuerit bñficiū curatū & postea obtinuerit a dño nro papa grām de beneficio cū cura uel sine cura & si ante q̄ grā sua sortiatur effectus nō pmutat ul' resignat tale bñficiū curatū ul' nō curatū ipso facto uacat et est sedit apostolice reseruatū.

Tertio modus est si q̄ habet bñficiū cū cura ul' sine cura et q̄ cito grā sua sortita est effectū primū beneficiū qd̄ impetrās obtinuit uacat. nisi mentionē fecerit de tali beneficio obtento in impetratione sue gratie expectatiue.

Quartus modus si q̄ habet bñficiū cum cura et postea grām impetrauerit de beneficio cū cura uel sine cura. alter

Rom. Dr. 2. Quaestiones morruales  
Type 1 rem

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

Explic.

*sperare vacare*

potest primū impetrare p̄ clausulā sperare uacare. et q̄cito aliud beneficiū assequi cū cura. ille sc̄dus habebit primū et etiā si interim resignaret huiusmodi occasione et nullius alterius etiaz quali tercunq; uacaret nisi per mortē.

Item si q̄s habet beneficiū p̄pter qd̄ teneatur se p̄moueri facere ad sacros ordines infra annuz et nō fecit se p̄moueri post habitā pacificā possessionē tale beneficiū uacat p̄ nō p̄motionē. sed tñ ep̄s p̄t secum disp̄sare ad septennū causa studii & nō alias. sic tñ q̄ infra annū sit ordinat⁹ i subdiaconū. Paps aut̄ p̄t disp̄sare ad placitū ex q̄cūq; cā.

Item cū lis p̄det inter duos uel tres sup uno beneficiū uel pluribus dum obiit unus litigantiū et lis ipsa non sit decisa beneficiū hui⁹ uacat et sunt reseruata & surrogat colligās in iure defūcti etiā infra mensem alteriq; impetrātis iuxta regulā de surrogadis colligātibus.

Item p̄ apparentē incorporationē ut cū religiosi habēt collationē ad certā beneficia que clericis secularib⁹ sunt conferenda. et si ipi suis fr̄ibus q̄ferant ac si ista essent incorporata etiā uacant.

Item p̄ liberam resignationē ut si q̄s

resignat aliquod beneficiū corā nōrio & testibus uel in manus h̄ntis pt̄atem admittēdi resignationē hui⁹ et iam non consensu patroni interueniēte tale beneficiū uacat

Item uacant beneficiū per contractuz matrimonii per uerba de presenti.

Item si q̄s habet beneficiū ecclesiasticū & ingrediē monasteriū ul̄ aliquā duxerit in uxore beneficiū sua uacat p̄ ingressū monasterii ul̄ religionis ul̄ q̄tractū m̄rimonii.

Itē nullus illegittim⁹ p̄t obtinere dignitates p̄sonatus uel officia in cathedrali ecclesia ul̄ etiam metropolitana. et si quis illegittim⁹ habet talia beneficia absq; dispensatione apostolica uacant. et sunt sedi apostolice reseruata.

Item uacant p̄ irregularitatē ut si quis iniicit manus uolentas in clericum uel in aliquam personā ecclesiasticā et se postea diuinis immiscuerit.

Item omniū illorum beneficia uacant q̄ celebrant in loco interdicto uel coram ex cōmunicato sententialiter tamen p̄ iudicē declarari debent alias non uacant.

Item si q̄s habet beneficiū cū cura ul̄ sine cura & postea promouetur in episcopū uel in abbatem beneficia uacant Si in episcopum per munus consecrationis Si in abbatem per munus benedictionis.

*x surrogadis colligātibus*

L. i. i. 400374.

Itē si q̄s habet bene. ecclesiasticū & mori in curia ro. uel infra duas dietas legales a curia sua bene. sūt sedi aposto. reseruata

Item si q̄s habet bene. cū cura uel aliquā dignitatē et nō est. xxiiii. annoꝝ suū bñficiū uacat nisi sup hoc dispensatione obtēta

Item per p̄motionez ut si q̄s pmoueat ad sacros ordines sn̄ia excōicationis maioris ligatus ipso facto bene. sua uacāt.

Item p̄ p̄motionē ut si q̄s pmoueret ad sacros ordines sn̄ia excōicationis minoris ligatus ipso facto beneficia sua uacāt.

Itē per nō p̄motionez uel residentiā ut cū bene. ex officio uel fūdatione requirit residentiā aut morā p̄sonalez nō habita dispensatione illius nō residētie oīa talia bñficia uacant. Et ille casus frequēter ɔtingit in bñficiis q̄ sūt de iure patronatꝝ laicoꝝ. et cōtingit q̄n bene. ex officio uel fūdatione requirit p̄biterū uel unū qui possit p̄cedere ad ordines sacros infra annū & collatores aliquādo conferūt illi qui impetrat dispensationē sub conditione q̄ q̄ primū uenerit ad annos discretionis pmoueat et p̄sonaliter in beneficio resideat. quod si non fecerit beneficium uacat.

Item uacant p̄ permutationē simoniaca prauitate uel pacto interueniente.

Item p̄ irabilitatēz. Ut si minor quinde cim annorum sine dispensatione obrineat beneficiū uacat illud de facto.

Item bene. uacāt si quis i infirmitate cōstitutus resignaret aliquod bene. ubicūq̄ in ro. cu. uel ex. si mori infra. xx. dies tūc bene. resignata uacant per morteꝝ et nō p̄ resignationē et sunt sedi aposto. reseruata.

Item p̄ irregularitatē homicidii uel non curātis mādata apo. executioni demādare.

Itē q̄ stetit p̄ annū in excōicatione ip̄iq̄ bene. uacāt. Similiter eius q̄ celebrat corā excōicatis uel sciēter in loco interdito.

Itē uacāt bene. cū cura etiā dignitates et p̄sonatus siue p̄stitutionē execrabilis felicitis recor. lo. pa. xxii. hoc modo. s. Si q̄s habet unū bñficiū curatū aut dignitateꝝ aut p̄sonatū et retinet primū eꝝ secundo per mēsem sine dispensatione tunc uacat utrūq̄ et perdit tam primū q̄ secundū & efficitur inhabilis ad illa et qualiacūq̄ ecclesiastica similia p̄ distilla obtinēda tñ simplicia et alia sine cura que dignitates p̄sonato nō sunt p̄ eum prius habita non perdit.

Item q̄nq̄ uacant bñficia per reuocationem unionū et incorporationū.

Item q̄nq̄ per reuocationē cōmendarū factaꝝ auctoritate apostolica uel ordinaria

*Itē delictis exungit  
Execrabilis*

Item si quis acceptat cū grā sua expectatiua et nō publicet seu publicari faciat instrumentū acceptatiōis & pūisionis cū aliis lris tale bñficiū uacat Nō q̄ post citatiōz executaz lris dicif pendere intm̄ q̄ si alter litigantiū moritur in curia ul' extra lite in decisa tunc unus papalis nō pōt illud bñficiū acceptare sed solus papa de illo habet dispensare Caueat ergo ille litigans q̄ faciat se in ius illius defūcti surrogare ne alter ipm̄ preueniat ad minus p̄ mēsem quia litigans habet totū mēsem post impetran tē se surrogari facere i iure colligatis de functiō q̄ practica est ignota multis et tñ ro ta ita seruat et id ē si litigātes simul cōcor dent lite in decisa et alter ipsoz morit̄ et nō renūciat tūc illud bñficiū iterū censef pape esse reseruatū et nō cadit sub grā ex spectatiua et hoc uerū si lris p̄det in cu. ro. secus tñ alibi etiā si aliqs renūciat bñficiū i curia tūc etiā cēsef i dispositiōe soliq̄ pape

Item si qs impetrat aliqd̄ bñficiū rea liter deuolutū p̄ reseruatū ul' alias debito mō uacās postea impetrat aliud bñficiū et nō curat p̄sequi primū tūc illud bñficiū stat in dispositiōe solius pape nec reuertit̄ ptās prouidendi ad ordinariū.

Item p̄ liberam resignationē ut si quis resignat aliqd̄ bñficiū coram notario et te

stibz uel in manū habētis potestātē ad mittendi resignationē huiōi nō cōsensu patroni iterueniēte bñficiū uacat apud collatorē nisi resignatō ista nō sit realit̄ probata .s. q̄ impetrās sit effectualiter adeptus possessionē illius. Tunc primū reuertet̄ ad suum principiū.

Item si grām in cōi forma pauperū ali quo hūte añ publicatiōez grē huiōi ordi nariō cōfert bñficiū uacās collatio tenz scdm̄ aliquos . aliqui tñ dicūt q̄ nō .s. do. lo. cal. qui tenet q̄ añ purificationē grē manus ordinariū sint clausē et ligatē dū mō infra mēsem post uacationē bñficiū purificet z acceptet. et ita fuit alias ob seruatū. Secus tñ de grā spetiali.

Item hñs grām in cōi forma pauperū añ uacationē tenet ordinario lras suas insinuare alias nō potest acceptare. Sed hñs grāz in spetiali nō tenet nisi ppter gcurrentes et maiorē diligentia.

Item si sunt expectātes i diocesi et ua cet bñficiū de mense pape ordinariō nō pōt gferre infra menses post uacatiōz et hoc ppter decretū irritās pape. Sed si nō fuerit acceptatū infra mensem tūc post mensem cōferre pōt et sic ualet.

Explicit feliciter.

*a. d. o.*

*qñ ē ordinario insinuare q̄z*

*hec ē q̄s practica*

Acceptandi modus

Primo impetrans habeat nomina beneficiorum in scriptis in sua collatione et tempore quo uoluerit acceptare accedat ad notarium cedula habens in manu in qua stant nomina beneficiorum et prestado dicat. dñe notarie ecce accepto quocumque beneficium in uim gratie mee expectatiue et litterarum apostolicarum desuper confectarum et processum uigore desuper fulminatorum mihi debitum uacans per mortem aliquorum quorum nomina in ista cedula continentur et cuiuscumque alterius collationis sub protestatione solita & consueta uidelicet si & inquantum aliquod illorum mihi de iure debetur aliquo gentia mea salua maneat & illesa ad quocumque aliud beneficium de iure mihi debitum et requiro uos tanquam sub executores in uim clausule ceterum mihi per principalem executores deputatum quod mihi modo de beneficio sub protestatione premissa prouideatis & prouisione facta requirere ipsum ut supra acceptatione et prouisione sic factis conficiat unum uel plura publicum uel publica instrumentum uel instrumenta. finis

de h. ff. p.

10  
Festa et ordo Terminorum sacri palatii apostolici seruari solitorum

**Januarius** habet . xxxi . dies  
a Circumcisio domini . i .  
Vsq; ad crastinum Epyphanie dñi exclusiue  
e Anthonii Abbatis . xvii .  
f Fabiani & Sebastiani . xx .  
g Agnetis uirginis . xxi .  
a Vincentii martiris . xxii .  
d Conuersio sancti Pauli . xxv .

**Februarius** habet dies . xxviii .  
i Nisi fuerit bisextus & tunc habet . xxix .  
e Purificatio beate Marie uirginis . ii .  
f Blasii Episcopi confessoris & martiris . iii .  
a Agathe uirginis . v .  
d Cathedra sancti Petri . xxii .  
f Mathie apostoli locus bisexti . xxiiii .

Lune in Carnispruio  
Mercurii die Cinerum

**Marcus** habet dies . xxxi .  
c Thome de Aquino . vii .

Rom: Ulrich Han  
Han 7026 Proctor 3350. Pelletier 4779